

EMBLEMA LXXIII.

In proprio Carthago perit.



LXXIII

Finit in hostili citius victoria bellum.

Si bello peteris, bellum violentus in hostem
 Transfer: in hostili bella gerenda solo.
 Italiam Pœnus victor ditione teneret,
 Arma nisi in patriam Pœna retracta forent.
 Annibal Italiâ fertur lacrymasse relictâ,
 Et patriæ exitium pertimuisse suæ.
 Respexit certè trepidum victoria Tybrim,
 Victaæque victores sub iuga Roma dedit.
 Quin præsaga suæ iam tum Carthago ruinæ,
 Nondum victa quidem, sed quasi victa fuit,

Cum